



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

10 Aduocatorum Consistorialium electio quomodo fiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**



non fuisset ad huiusmodi officium specialiter electus, & ordinatus à Summo Pontifice iuxta formulam superius relatum ex Epistolis D. Gregorij, qui *lib. 10. indict. 5. cap. 48. Epistola 48. scripta Romano Defensori* mandat compesci ausum temerarium Tonsuratorum Siciliae, qui nomen Defensorum, vsurpauerant sine Epistola Pontificia; ait enim, *Proinde experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut hoc diligenter inquirat, & si quos sibi, praeter eos, qui huius rei Epistolas habent, repererit, districta illud emendatione compescat. Ita neque ullus adscribitur Collegio Advocatorum Consistorialium sine*

ne



ne Diplomate Pontificio, & qui primo loco non doceat de sua electione ad Officium Aduocationis Consistorialis per mandatum Summi Pontificis in forma Motus proprii, vel per Breue, vt habetur in Constitutione antiqua, quæ incipit *statuimus, & ordinamus, quod deficiente numero Aduocatorum, admit- tendus pro complemento numeri Aduocatorum per mādatum Pon- tificis indicto Collegio &c.*

Secundò \* Numerus septena- 11  
rius; siquidem in Collegio Ad-  
uocatorum Consistorialium, se-  
ptem Seniores tantum sunt nu-  
merarij, quibus \* solum licet in 12  
Consistoriis secretis, si opus sit,  
coram Summo Pontifice, &